

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0585

Sabato 06.08.2022

Missione e Lettera Pontificia all'Inviato Speciale del Santo Padre alle celebrazioni di chiusura del centenario dell'incoronazione della Madonna dell'Altagracia (Santuario dell'Altagracia, Repubblica Dominicana, 15 agosto 2022)

In data 18 giugno 2022, il Santo Padre ha nominato l'Ecc.mo Mons. Edgar Peña Parra, Sostituto per gli Affari Generali della Segreteria di Stato, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni di chiusura del centenario dell'incoronazione della Madonna dell'*Altagracia*, che si terranno presso il Santuario dell'Altagracia (Repubblica Dominicana) il 15 agosto 2022.

La Missione Pontificia è composta dai seguenti ecclesiastici:

1. Rev .do Sac. Cristino Guerrero Mercedes, Segretario esecutivo della Vicaria per il Clero della Diocesi di *Nuestra Señora de la Altagracia*, Higüey;
1. Rev .do Sac. Alejandro Valera, Parroco della Parrocchia *Stella Maris* e Arciprete della zona di Villa Duarte-Las Américas, Vicaria territoriale dell'est dell'Arcidiocesi di Santo Domingo.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale, S.E. Mons. Edgar Peña Parra:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri

EDGARIO PEÑA PARRA

Archiepiscopo titolo Teleptensi

Substituto pro Negotiis generalibus Secretariae Status

Cuius beata viscera Matris aeterni Patris Filium portaverunt, eiusdem respiciamus humilitatem, qua ad tantam evecta est gratiam, ut Unigenitus ex ipsa secundum carnem nasceretur et superexcellenti Assumptionis in

caelum coronaretur gloria, Ecclesiae consummandae initium et imago ac populo peregrinanti certae spei et solacii documentum (cfr Miss. Rom., 15 Aug.: In Assumptione BMV), eamque recolamus, arcano providentiae consilio, in humanae redemptionis mysterio gratiae Auctori sociam datam, ut supplicibus suis ipsa et gratiarum copiam nobis obtineat.

Qua in Deo sustentati spe tantoque devotionis innisi consilio, in universae Ecclesiae necessitatum studium incumbentes, potissimum laetamur de centesimo anniversario a gratiosae imaginis Dominae Nostrae de Altagratiā canonica coronatione a Benedicto Pp XV concessa, diebus XIV et XV mensis Augusti huius Anni lubilaris Altagratiāni celebrando, participantium devotas exposcentes preces ad Deum, a cuius Filius una mediatione tota maternae caritatis pendet dispensatio atque hauritur virtus.

Tantam ergo recolentes occasionem, ut inter sollemnia perfrui possent christifideles praesentia ac verbo alicuius Reverendissimi Viri, qui Nostras vices ibi gerat atque erga istum concursum dilectissimum dilectionem Nostram manifestet, Venerabilis Fratris Iosephi a Doloribus Grullón Estrella, Episcopi emeriti Sancti Ioannis Maguanensis atque Praesidis Commissionis Nationalis pro Anno lubilari Altagratiāno celebrando, humanissimae petitioni concedentes, ad Te, Venerabilis Frater, mentem Nostram vertimus, qui cotidiano in Nostro ministerio exercendo validum Nobis praestas auxilium ac praecipua devotionis populorum Carabiorum optime comperis, ut hodie peraptus videaris ad hanc legationem obeundam. Idcirco, hisce Litteris Te MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad sollemnia, quae proximo die XV mensis Augusti Dominicopoli agentur, qui etiam in historia Reipublicae Sancti Dominici peculiari insignitur significatione.

Libenter tibi potestatem facimus, dum celebrationibus praesidebis, illum coetum, publicas auctoritates atque universos christifideles Nostro nomine salutandi ac benedicendi, quos cohorteris, ut, beatissima Virgine Maria in caelum assumpta maternam suam caritatem dispensante, corda fidelium, eodem caritatis igne succensa, Christo intimius adhaereant fideliusque in dies redemptionis inserviant mysterio. Simul, insuper, gravissimum Nostrum ministerium Petrinum precibus committimus universo coetui ibi congregato.

Dum tibi, Venerabilis Frater, Benedictionem impertimur omnibus, qui celebrationi intererunt, transmittendam, legationem tuam ardentibus precibus comitamur, a Deo misericordiae suppliciter obsecrantes, ut hic conventus fidelium, hanc laetitiae occasionem affectu sedulo celebrans, quod recordatione percurrit semper teneat in opere.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXXI mensis Iulii, anno Domini MMXXII, Pontificatus Nostri decimo.

FRANCISCUS

[01171-LA.01] [Testo originale: Latino]
